

HONORES EXEQVIALES,

V I R O

ADMODUM REVERENDO
& EXCELLENTISS.

D. M. JOHANNI

Neunachbar/

Reverendi Ministerii Augustanae

Confess. in Regia Civitate Thorunensi

Seniori, ad D. Mariae Pastori, Prof. S. S. Theo-

logiae in Gymnas. &c. multorum an-

norum meritiss. conspicuo, ac deside-

ratiss. ANNO clb lccxxiv. xxvi. Maji

Elbingae nato clb lclxxx. xv. Sept.

Thorunii denato; & XLX. hu-

jusde Mensis ad D. Mariae

sep. adornati a

PROFESSORIBUS Gymnasii, & Classium infe-
riorum Praeceptoribus.



Gedruckt im 1080. Christ. Jahre

Extulimus toties venerandi membra Senatûs,
Jam Myſta irato Numine primus abit.

Qvêis dudum timui, viduos nunc cerno Penates.

Ac NEUNACHBARI funera mœſta fleo.

Qvi Cathedram nequirit, cœlum conſcendit Olympum

Præful, de morbo morteq; lætus ovat.

Quid morbo? quid morte? Canit, quod liquit avernum.

A tergo, hic Domini qvi remoratur opus.

Excedit terris Pietas, heu, nomen inanel!

Qvo magis elangvet religionis amor.

Præſidet æthereo mortali major in orbe

Ille ac ſacra Dei non ſimulata colit:

Jam ſibi cœlorum cœpit transcriptus in arcem:

Vivere, qvi ſemper vivere dignus erat.

Non ſibi, ſed ſacris is poſtquam cultibus ævum

Impendit melius, prædigiſus ipſe ſui.

Promiſſa emeritus tandem quoq; gaudia cœli

Carpit, cum Chriſto ſecula pacis agit.

Ipſe caput ſervi redimit ſupremus honore

Pæſtor, & æternum neſtare corda beat.

Qvid petat ulterius? Quid nos ex aſſe beatum

Deſtemus? clades publica ſtenda venit.

Heu cecidit prudens noſtrâ Tertullus in urbe!

Heu fugit à nobis hoc fugiente ſalus.

Ne ſine Chriſte, gregi ſignent hæc funera noctes,

Atq; brevi dubio pondere cuncta ruant!

Namq; Thoruna ſuz jam dudum conſcia fortis

Optaret, talem non potuiſſe mori.

Supremum honorem teſtaturus plurimum Reverendò

D. Seniori, Collegæ & Compatri honora-

tiſſimo poſ. L. M. Q.

M. ERNESTUS Rönig / *Gymn. Rector.*

Non

Non equidem, flos lecte virum, tua funera, credo,
Sunt adeò magnis annumeranda malis;
Non tamen injustis cœlum complebo querelis,
Assiduè mœstus sic tua fata querar.
Nanq; tuis ego debueram præcedere fatis,
Contra debueras tu mea fata sequi.
Tempore sat longo nos hic contendimus ambo
Qvis nostrum peteret cœlica regna prior.
Multiplices infestant mea membra labores
Visceraq; infestè carpsærae alba phthisis.
Nec tibi morborum crudelis turba pepercit:
Sed quoq; Pœoniam poscere jussit opem.
Ingentes æstus, vigilis discrimina lecti,
Sunt certam nobis sæpe minata necem.
Attamen haud vanâ nos juverat arte Machaon,
Atq; suâ tandem reddidit arte Diem.
Sed mora parva fuit: rursus certavimus ambo
Qvis posset vitæ rumpere vincla prius.
Sed quid? in hoc tandem pulcro certamine sensi,
Hic te fortunâ prosperiore frui.
Astra petens jam nunc nostro procul orbe triumphas:
Ast ego adhuc vitæ tædia longa fero.
Non tibi nunc tristes depascunt pectora curæ:
Me verò exercet pallidus ore labor.
Ambrosiæ succus te jam reficitq; fovetq;:
Me reficit fetmè nullus in orbe cibus.
Angelicos lætis exaudis auribus hymnos:
Ast mihi perpetuo classica dira fremunt.
Tu lustras omni sedes ex parte beatas:
Hic verò miserum me mala multa premunt.

Inflam-

Inflammata flagrat studio mens tanta videndi
Gaudia, & hæc votis hæc petit ægra piis;
Ibo ibo expansis, o Christe, tibi obuius ulnis.
Utpote qui voti meta scopusq; mei es.
Ibo ibo & misero properans ex orbe recedam
Lætus ut in cœlo gaudia tanta feram.

M. CHR. Hartknoch / P. P.

Siste gradum, gemitus affer lacrymasq; Viator,
Et Cineres propius, quos capit urna, vide.
Conditus insigni jacet hic virtute Sacerdos,
Ingenio excellens, eloquioq; potens.
Dux Evangelicæ Cœtus, SENIORq; fidelis
Mystrarum, quos Urbs Thoruntensis alit.
Cœlestem docuit Scriptus ac ore disertus
Doctrinam in Templis, Gymnasioq; simul.
Humanus cunctis, cunctis affabilis, idem.
Historicus prudens, Theiologusq; gravis.
Exulibus, quos pauperies vexabat acerba,
Ancora, solamen, præsidiumq; fuit.
NEUNACHBAR nomen, Nomen venerabile nostræ
Urbi, Gymnasio, Cœtibus atq; sacris.
Haud paucos annos morbis erueiatus acutis,
Vix æger traxit debile corpus humi.
Ast jam depositâ tantorum mole malorum,
Ejus apud Superos MENS generosa viget:
Cum Christo regnat felix, & læta triumphat,
Virtutis capiens præmia largâ sua.
Siste gradum, curatiùs hæc perpende, VIATOR,
Dumq; licet, sano corpore, discere mori.
O curvæ in terris animæ, & cœlestium inanes,
Quæ tardant rebus consuluisse suis.

Terre-

Terrenis inhiant, obliviscuntur Olympi,
Et validis currunt ad Stygis antra Notis,
Non sic, heu, Noster vixit, coelestia curæ
Cui fuerant, cui Mens enthea semper erat,
Hinc fruitur coelo, post vitæ fata peractæ,
Cum SENIORIBUS & laudat in axe DEUM.

Honoris & solatii ergo condolens scrib.

WENCESLAUS JOHANNIDES,
Gymn. Thorun. Visit. & P. P.

PIETAS habitu peregrinantis ad Vespillonem.

Dicite cur lacrymis Urbi sic pectus inundat?
Alveus & cordis non ferat intus aquas?

Quò tam præproperò decurrit Præfica cursu:

Pallidæ præ fletu, Syrmata pulla trahens?

Cui, quæso, ista domus tanto fervore paratur?

Exanimis inter quis cupit esse bonus?

Occubuit: Quis? NEUNACHBAR: cur resqva sepulchri

Ista placent melius, quàm tua, Dyase, domus.

Hic valès, hicq; viget veteri langvore solutus:

Atq; novâ requie corpora fessa fovee.

Me miseram! frigus subitum mea lancinat ossa,

Fulmine dum verbi me petis: occubuit.

Me miseram! Imeus occubuit constans Zorobabel:

Sicq; nihil potero certa vocare meum.

Efras ille fuit Legis reparator avite.

Et custos, Sacri gloria prima chori.

Hunc coluit quisquis prisca est Pietatis amator,

Et propius tangit relligione Deum.

Dum legit is legis penetrantia verba Iehovæ.

Lucus erat, lacryma & Mater erat lacryma.

Mox iterum lacrymas absterfit ab ore gementum
Ore suo, quod erat Spongia missa Deo.
Acropolin Fidei defendit fortiter armis
Sed Fidei, satis ut fortia Scripta docent.
Sapius exexto monstraverat indice vulpes:
Nil metuens fremitus, orbis & orce, tuos.
Nunc animi grati tumulo superaddite flores:
Sincera testes hi pietatis erunt.
Vivus qui dixit violis mage grata rosisq;
Dignus, ut in violis dormiat atq; rosis.

J. R.

Sic NEUNACHBARUM rapiunt, heu! spicula mortis,
Annos qui Pylij vivere dignus erat.
Tota urbs hunc meritis sibi luget ademptum,
Funus & innumeris prosequitur lacrymis.
Scilicet amisit verbiq; atq; Ministrum,
Qui docto ac puro protulit ore DEUM.
Non deerunt, dignas longo qui carmine laudes
Cantabunt tanti & dona istupenda Viri.
In tumulo requiesce tuo, divine Sacerdos;
Mercedem expecta proq; labore tuo.

Condol. adj.

GEORGIUS LEHMANNUS Gymn. Coll.

Seiner Groß-Achtbahren HochEhrwürde
Weiland Herrn

M. JOHANN Neunachbarn

&c. &c. &c.

Schuldigst bezeugter Nachruhm.

U theurer Gottes-Mann! so hat des Herren Hand
Dich dormalens erlöset von allem Uebelstand!

So

So hat den edlen Geist / aus der beschwerten Hütte /
 Zu sich genommen auff die grosse Himmels-Ghée !
 Was diese Kirch und Stadt numehr an dir vermisste /
 Wie groß des Eifers Macht bey dir gewesen ist /
 Das / nächst der reinen Lehr / man auch sol heilig leben /
 Wird der Gelährten Kiel dir reiches Zeugnis geben /
 Auch thuns die Schrifften dar / so Du mit Fleiß verfaßt /
 Uns und der Nachwelt zur Beylag verlassen hast /
 In diesen lebst du noch / wirst auch im Tod uns lehren /
 So wird man wiederum Dich / auch im Grab verehren.
 Ich setze nur hinzu: daß mancher Exulant /
 (Und unter diesen ich) sich auf den wehrten Sand
 Darcin Du wirst verscharrt / wanns niemand sieht / wird setzen /
 Und deine Grabes-stät wil Thränen-Regen nezen.
 Nun die Berweslichkeit / und was Dich lang gekränkelt /
 Ist mit dem Leib zugleich in diese Grufft versenkt ;
 Doch wird Er bald in Kräfte vnd Ehre auferstehen /
 Daß Leib und Seel gesamt zur Freud des HErrn eingehen.

Elias Friedhuber / Colledge am Gymn.

Ecquis erit tandem modus, & quæ meta malorum,
 Quæis Undiquaq; cingimur?
 Eheu! Consulibus tantillô tempore senis
 Suprema iusta fecimus;
 Symbate nec positô, nec adhuc ex vulnere firmi
 Urgemur in luctûs novos!
 Nempe Thoruniaci Cœtûs, Sacri Ordinis atq;
 Antistes emigrat solô,

Theio-

Theiologum nobis sistes, Urbs, credo, Thorunae
NEUNACHBARO sed num parem?

PAUL. BRAMIUS *Præc. Class.*

Nondum Mors Potuit fauces satiare voraces,
Cum Proceres aliquot rapuisset ad astra Piorum;
Debit hunc Patriæ Vatem quoq; morte necare,
Qvi ingenij, fidei, invictiq; laboris & oris
Tot monumenta dedit nobis: quem rebus in artis
Consulvere homines multi, qui multa peregit
Spermologos contra, Divo qui forte jacenti
Insultant Vati, frustra ast: jacet urna triumphans,
Cur lachrymis tumulos igitur lectissima Proles
Aspergis? vivit penitus nunc morte peremptus:
Qvippe per ora virum volitat sublimè Camoena.

Mestus adposuit

JOHANNES BURSCHÖT,
Præc. Class.

